



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dissertationes Ad Jus Publicum Romano-Ecclesiasticum

Bessel, Johann Franz

Coloniæ, 1715

VD18 14847493

Benevolo Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61383](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61383)



BENEVOLO LECTORI.



Uisquis præsentem Tractatum intueberis, illud te primo rogatum velim, ne suspiceris: quidquam vel minimo amaritudinis Zelo, aut animo quemquam calumniandi esse in his paginis positum aut expressum; & sicut amice Lector intueberis, quantum potui, omnem mordacem scribendi methodum ac pungentem calamum, studui declinare. Quod verò in hac præsertim Universitate proponam Jus Publicum sive Leges & ordinationem Status Ecclesiastici Catholici, quis indignabitur me ea proposuisse, quæ publica autoritate sunt munita, aut me scripsisse de iis, à quibus dependeo, & omne sortis meæ emolumentum debeo præstolari. Ea igitur intentione, qua librum hunc tibi legendum offero, eundem interpretare, præsertim dum ferè universi Juris Canonici celebriores materias compendio quasi propono. Omnia amice suscipe & vale.

PROLE-